Errata ſcholarum Mathematicarum.

Pag.2.v.16.inventa inſcripſerunt, p.4.v.13.cap.47.teſtata p.5.v.31.idem etiam p.6,v.38 εὔρεκτο p.12,v.11 epigrammate p.17,v.17 Ariſtotele. Atque ibid.v.31 μηχανική, ib.v.38 faſtos. p.19,v.11 Cyzicenus Athenis p.20,v.9 excoluit, p.22 v.14 perſpecta ſunt p.24,v.12 metretam.ib.v.19,& ſeq.*dele verba hæc*:ita redi.ib. v.22 φράζεαι ib.v.28 μενέχμείως ib.v.29.Δίζηαι & paulo poſt Εὐδόξοιο p.26,v.10 graviſſimus ib.v.11,& ſeq.Cylindro ſphæram comprehenſam, ibid.v.14, ad 32,p.1, p.27,v.25.ab Hexapylo, p.29,v.8 hydroſcopico ib.v.16 & 17, propoſitum (librum hac de re nominatim citat Archimedis κατόπτρων τὰς ἐξάψεις ſpeculorum incēſiones)ut ib.v.penult.mentitus p.30 v.12,libri 9,cap.3 ib.v.18 indi- ib.v.37 in coronam,quàm p.33,v.39 ab Eutocio & v.ult.theo.7. p.35,v.penult.ignis inde p.36,v.1 quos e- pag.39,v.15.*legendum cum interpoſitione ſic*:Operæ poneremus. Inutilitatis autem argumentum eſſe ſcholæ noſtræ ſolitudinem. Denique quod reg.v.24.*ex editione Pariſienſi hûc revocanda ſequentia*: eſſe docuerunt. Et quidem niſi aduerſus homines mentiendi audacia atque impudentia incredibili præditos mihi res eſſet,parum verecunda de me ipſo ejuſmodi videretur oratio:at in academia,in Senatu maledicta illa jactata modò etiam in aulam revocantur, & à credulis & ſimplicibus facile audiuntur. Res alienas profiteor: profeſſionem hebraicam Calignij etiam interea abolevi. Verumenimvero, quis erit aperte calumniandi mentiendique modus? Huic argumento in foro jam reſpondimus & iterum hic cogimur amplius reſpondere. Decimoſexto abhinc anno, cum diſſeruiſſem in ſenatu omnem liberalium artium uſum cum præceptis eſſe conjungendum nominatim quegrammaticam,Rhetoricam,logicam, Arithmeticam, Geometriam cæteraſq; liberales artes propoſuiſſem, mandato regio id onus mihi impoſitum eſt, quod artium profeſſoribus imponendum contendebam, quodque antea nemini fuiſſet mandatum vel commiſſum. Extat judicii illius actio pro philoſophica diſciplina Caligniuſq; hebraicæ linguæ regius profeſſor interea fuit, eiq; poſtea Johānes Mercerus doctiſſimus collega meus ſucceſſit: ut nebulonis impudentis & ſine fronte mentientis, res alienas a nobis tractari noſtraque profeſſione hebraicam profeſſionem extingui,mendacium apertiſſimé conſtrictum teneatur. Cum igitur Henrico.pag.40,v.9 *interpoſitio facienda ſic*: tis egerint. Duos & viginti annos Enbulides neſcio quis Lutetiæ ſuam logicam mercatoribus mercium ipſarum ignaris vendidit: neque dum tamen ullum logicæ artis uſum extra clamores ſcholaſticos percipere potuit. Attendant igitur ſingul.

V 33 iterum grandis interpoſitio facienda ſic: & tamen hic brevior & ſuccinctior futurus ſum. Mathematica eſt inutilis ait, quia noſtri auditorii ſolitudo magna eſt. Sed heus mathematicæ ſcientiæ irriſor, ſiccine mendaciis ambitionem tuam & cupiditatem tectam perpetuo putabis? Petrus Ramus biennio Euclidem totum, Geodæſiam, mechanicam, iſorrhopicam, opticam docuit. Hujus biennii initio, cum eandem tuis ſophiſmatis vendendis horam

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG